Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38332
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



407

Ipsi regni inuenientur; isti sunt reges. de quib: dic. sapientia in pueris.
Per me reges regnant: Cripemes & liberemes de manu filiorum alienorum. Uersi
culi quis supra dicta. Iterum repetuntur. Quorum os locutum est uanitatem
& dextera eorum dextera iniquitatis. Quorum filii sicut nouella plantationis
a iuuentute sua. De manu filiorum alienorum; hereticorum filii. Uideamus
quales sint; Quorum filii sicut nouella plantationis a iuuentute sua. De
manu filiorum alienorum. Diligenter animaduertite quid de hereticis.
Filiorum composite circumornatus similitudo templi. Cellaria eorum plena
eructuantia ex hoc in illo. Oues eorum fecunde habundantes ingressibus suis
boues eorum crassi. Non est ruina macheriae neq: transitus: neq: clamor in
plateis eorum. Beatum dixerunt populum cui haec sunt; illi hoc dixerunt. Ego quid dico.
Beatus populus cuius est dns deus eius. Singula igitur uestris rationibus breuiter
disseremus. Quorum filii sicut nouella plantationis a iuuentute sua. plan
tatio eorum non est usus. sed nouella est. Non enim de ueteri lege. non est
de prophetis. non est de apostolis. sed de nouis magistris est. Filii eorum si
cut nouella plantationis a iuuentute sua. In iuuentute sua semp iuuenes sunt.
Licet multae hereses uideres: tamen cotidie mutantur. & noua cotidie
inueniunt. Nouerit ipse heres. licet uideris. Tamen cum cotidie doctrinas
suas innouant nouerit. Non enim uiderum magistrorum errore contenti.
sed cotidie ipsi noua reperiunt. Quorum filii sicut nouella plantationis
in iuuentute sua. De ecclesia quid dicit? De elementis dnm. Beatus omnes
qui ambulant in uiis eorum. Quid de illis? filii tui sicut
nouella oliuarum in circuitu mensae tuae; circumsaxpi sunt illi filii. Non
longe sa mensa xpi. Tu in ondi filiae sed tantum modo filii. Ceterum heretici
habent & filias. habent & Virgilium et sexum uoluptatis delicias. Filii eorum
composite; sermo compositus est. & sensus sordidus. In scripturis sacris;
cogitationes semp filii dicuntur uerba filiae. Uide ergo quid dicit. Cogita
tiones eorum hoc est filii nouis. uerba uero eorum hoc est hereticorum. quae ha
bent de sapientia saeculari. composita sunt. Habent enim uerba composita
laitus sermone. filiae eorum composite. Uidentur quidem esse composite
sed quia filiae sunt & non filii. uires non habent. Circumornatus similitu
do templi. pulchredix similitudo templi; Non habent uen ecclesia. sed
similitudo ecclesiae; cellaria eorum plena eructuantia ex hoc in illo. Parati
ad contendendum: illos tenueris. In uno testimonio. ad alium transeunt.
Si in scripturis tenueris. ad aristotilem fugiunt; si aristotilem tenueris.

quo omis